



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De virginibus quæ ante, XII. annos, insciis mundiburdis suis, velamen sibi
imposuerint. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*Ut canonici qui in monasterio monachorum conuer-
santur, aut monachicè uiuant, aut sub cano-
nica regula constringantur. Cap. V.*

Precipimus ut vnusquisque episcopus sciat per singu- *Ex cõcil.*
la monasteria, quantò quisque abbas canonicos in mo *Moguti.*
nasterio suo habeat, & hoc omninò ambo pariter prouide- *cap. 17.*
ant, si monachi fieri voluerint, regulariter uiuant, sin au-
tem, canonicè uiuant omnino.

*Quòd monachum paterna deuotio, vel propria
professio faciat. Cap. VI.*

Monachum autè paterna deuotio, aut propria pro- *Ex cõcil.*
fessio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tene- *Toletan.*
bit. Proinde his ad mundum reuerti recludimus aditum, *cap. 49:*
& omnes ad seculum interdiciamus, regressus.

De clericis qui se fingunt monachos esse. Cap. VII,

Vt clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachos *Ex eodè*
esse, & non sunt, omnimodis corrigantur, atque emé- *concilio.*
dentur, ut vel veri monachi sint, vel veri canonici.

*Quòd spontaneum propositum monachi mutari
non liceat. Cap. VIII.*

Propositum monachi, proprio arbitrio aut volunta- *Ex decret.*
te susceptū, deseri non potest absque peccato. Quòd *Leonis pa.*
enim quis uouit Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta *cap.*
singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias de- *26.*
uolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus
est: quia & si innocens militia, & honestum potest esse cõ-
iugium, electionem meliorem deseruisse, transgressio est.

*Ut monacho sine conscientia sui abbatis votum
uouere non liceat. Cap. IX.*

Monacho non liceat votum uouere, sine cõsensu ab- *Ex dictis*
batis sui. Si autem uouerit, frangendum erit. *Basilij.*

*De virginibus quæ ante XII. annos in scijs mundibur-
dis suis, velamen sibi imposuerint. Cap. X.*

Virgines quæ ante XII. annos in scijs mundiburdis *Ex cõcil.*
suis sacrum velamen capiti suo imposuerint, & illi *Triburi.*
mundiburdi annum, & diem hoc tacendo consenserint, in *cap. 10.*
sancto proposito permaneāt. Et si in prædicto anno & die

pro illis se proclamauerint, petitioni eorū assensus præbeatur, nisi fortè Dei timore tactis, cum eorum licentia in religionis habitu perseuerent.

Vt clerici ex ea Ecclesia, in qua semel legerint, ab alia non recipiantur. Cap. XI.

*Ex cōcil. Africa-
no. c. 57.* **I**tem placuit, vt quicumque in Ecclesia, vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

De virginibus necdum velatis, quæ tamen in proposito virginali se simulauerant permanere. Cap. XII.

*Ex decr.
Innocētij
pape, ca.
20.*

HAE verò, quæ necdum sacro velamine, tectæ tamen in proposito virginali semper se simulauerant permanere, licet velatæ non fuerint: si fortè nupserint, reuocandæ sunt, & agenda pœnitētia illis est: quia sponsio eorum à domino tenebatur. Nā si apostolus illas quæ à proposito viduitatis discesserūt, dixerat habere damnationem quia primam fidem irritam fecerunt: quantò magis virgines quæ prioris promissionis fidem frāgere conatæ sunt.

De sanctimonialibus, si à proposito sacro deuiauerint. Cap. XIII.

*Ex decr.
eiusdem,
ca. 19.*

QUÆ Christo spiritualiter nubūt, si postea publicè nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas ad nuptias tendas esse ad agenda pœnitentiam, nisi si se iunxerant, de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuentem viro alter nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda pœnitentiæ concessatur, nisi vnus ex his fuerit defunctus: quantò magis de illa tenenda est, quæ ante immortalis se spoli coniuuenerat, & postea ad humanas nuptias trāsmigrat.

De eadem re. Cap. XIII.

*Ex cōcil.
Toletan.*

DE viris ac fœminis sacris, propositum transgressibus sacrum, procliuius cursus est à voluntate, & intractatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorum mulierum habitum semel induerint, vel induerunt spontaneè religiosum, aut si vir deditus Ecclesiæ thoro, puellina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio, utroque sexu præuaricator ad propositum inuitus reuocatur, vt vir detondeatur, & puella monasterium induciatur. Si autem quolibet patrocinio desertores per-